

marmi preziosi  
d'ogni specie,

frammenti di co-  
lonne, di statue,  
grandi fontane  
marmoree.

Dovunque urne  
funerarie e sepol-  
cri ad inumazione,  
perchè solo con  
Silla cominciò la  
cremazione.

E si gran cumulo  
di rovine s'è sal-  
vato nonostante le  
devastazioni degli  
uomini.

Le memorie an-  
tiche dai libri e dai  
monumenti si tra-  
mandano; ma dai  
libri i pittori le-  
vano le carte per  
dipinger sudari ai  
pellegrini, e dai  
monumenti i for-  
naciari levano i  
marmi per far cal-  
ce. Di qui la di-  
struzione di tanti  
edifici insigni.

La città è divisa  
in tredici rioni, e  
comprende quattro  
zone: la Cistiber-  
ina, la più vasta;  
il Trastevere; l'i-  
sola Tiberina, la  
più piccola;

lateat, tanta vis porphyrii, tantum Numidici lapidis, columne ex diaspro, alabastrum ad grandem copiam, tot diversa genera lapidum, tot in uno ipso<sup>(a)</sup> colorum varietates ut vel in hoc naturam non pos-  
sit ars sequi. quacunque per urbem eas, ut ea sileam que ruinis-  
sepulta sunt, hic columnarum fragmenta videas, illic bases, hic<sup>(b)</sup> 5  
disiectas conftractasque imagines, grandes conchas, latissima lavacra  
ex omni lapidum genere cesa; denique nichil fere nisi<sup>(c)</sup> marmor

aut peregrinus lapis in urbe calcatur. tot urne cinerales sacrate diis  
manibus, tot integra sepulchra miro artificio exsculpta; neque enim,  
ut est apud Plinium<sup>(1)</sup>, antiquus mos fuerat cremandorum in fu- 10  
nere corporum, cum Sylla primus fuerit qui ex Cornelio familia

cremari se iusserit<sup>(2)</sup>. nondum igitur efficere tantum avare atque  
ignave plebis violentia potuit quin ex prioribus multa supersint,  
que quasi glorie sue invida ad obolendam<sup>(d)</sup> vetustatis memoriam

nititur. cum<sup>(e)</sup> enim duo sint quibus extare rerum niemoria soleat, 15  
libris scilicet atque edificiis, duabus artibus Romani in eorum exci-  
dium perniciemque contendunt: pictorum scilicet, qui, ut sudaria  
peregrinis effingat, utilimos plerunque et qui in orbe unici sunt  
libros evertunt; item eorum qui fornaces exercent, qui, ne lapides  
e<sup>(f)</sup> longinquō vehant, edifica destruunt, uti marmor et vivum la- 20  
pidem convertant in calcem<sup>(g)</sup>. qua ratione plurima iam egregia  
edifica diruta<sup>(g)</sup> sunt et diruuntur in dies. sed de his tantum: nunc  
ad propositum venio.

Urbs omnis in .xiii. regiones suo instituto ac more distributa  
est<sup>(4)</sup>; at vero natura et loco quadripartita. prima et maxima pars 25  
est que omne quod est cis Tiberim continet; alia Transtiberim;  
tertia, minima omnium, insula quam Tiber circumfluens efficit,

(a) E ipsorum (b) E fragmenta, hic bases videas, illic (c) G om. nisi (d) R in-  
vidia ad obol. G invidia ad ebolendam (e) E quomodo (f) R ex (g) E dirupta

(1) PLIN. *Nat. hist.* VII, LV, 1.

(2) CIC. *De Leg.* II, XXII, 57.

(3) Un lamento simile leggesi nel  
*De varietate fortunae* di Poggio, là dove  
parla dell'anfiteatro «Coliseo vulgo  
«appellatum, atque ob stultitiam Ro-  
«manorum, maiori ex parte ad calcem  
«delatum». (Cf. GREGORIUS, op.  
cit., III, parte 2<sup>a</sup>, p. 237, n. 10).

(4) Accenna alle tredici regioni  
(rioni), in cui la città venne divisa dal  
trattato concluso con Bonifacio IX  
nel 1393, e che si chiamavano: Mon-  
tium, Trivii, Columnae, Campi-  
martis, Pontis, Parionis, Are-  
nulae, S. Eustachii, Pinea, Cam-  
pitelli, S. Angeli, Ripæ, Trans-  
tiberis.